



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von**

**Erfurti, 1675**

IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

Restabat \* † de legendo Senatu litigium, quod itidem partium placito compōlitum est: Consules ac Tribuni electionem senatus Quaternionibus ac Tribulibus annuntiarent, hi octo personas ex communitate, majoribus & minoribus Opificibus ablegarent, qui nomine Civium actui interessent, si quid adversus electos haberent, submissè proponerent.

† His compositis veterem obedientiam tot ex legibus, tot pactis debitam Moguntini petiere, præsertim preces ex confessione civium, ex re judicata debitas non persolvi conquesti sunt. Senatus ut primum Legati advenerant: pro felici tractatum successu preces decreverat, hoc in obsequii fidem allegat. Moguntini non se petere, nec decretum esse, ut pro negotiis, sed pro Domino oraretur, reponunt, fraudulenter hac in re senatum versari Legatis probant; preces eas ex plurimorum testimonium assertionibus ante motus solitas, & à rota Communitate nuper oblatas fuisse. Legati inspectis actis negotium ex testimonium effatis, & Civium confessione decisum inveniunt. † Proinde ut pro Electore oraretur, denuò imperant.

Processit ad electionem quatuorvirorum communitas, & ad supremum Tribunal evectus à lætante plebe Volcmarus Limprechtus † antea plebejus Quæstor, & prius scholarum magister. Primum invidia incitamentum repentini honores fuit

\* MDCLV.  
*Qualiter Senatus?*

## VIII.

*Moguntinè  
decretas preces  
urgens.*

*Legati denuò  
imperant.*

## IX.

*Limprechtus I. Quatuorvir eligitur.*

*Cum dignitate amulos accipit.* re, † omnes in eum intenti, qui jam suspirare debebant antea inferiorem, accesserunt Curialium odia, quod plebeius esset. Contra quæ ut se muniret, † affabilitate, & *Plebem ambit.* professo communitatis amore, favorem plebis ambiit. Cavet etiam, ne solitis Erfordix moribus inconsulto impetu Moguntinos offenderet. † Istitis effecit, ut quamdiu mobilis plebis favor duravit, adversariis superior, eousque à civibus diligeretur, ut potestatem illi ad quadriennium continuarent, ac Limplrechtum speciali Numinis beneficio Reipublicæ datum assererent. At expertus est, quam debili fulcro innitatur, quisquis in plebe nititur. *Senatus veteribus moliminibus insistit.* † Parum his omnibus Respublica adjuncta durarunt invidiæ, litigia, & quod deterrimum erat, privata odia per damna publica sæpius vindictam quæsiwerunt. Decreta Legatorum, pacta ipsorum auctoritate inita, nihili habere, imperatas preces negligere, Moguntinorum odia plebi instillare, nullum pro Republica consilium, omnia privatis libidinibus infecta, ut jam nunc absque violento remedio Civitatem haud sanari posse appareret.

X. \* Elector Saxonix, Joannes Georgius, MDCLVIII Francofurto rediens, ubi Romani Orbis *Electo Saxo Erfurti appellit.* Monarcha LEOPOLDUS Imperator Cesar renunciatus erat, hanc Urbem accedit. † Ducum Officiales veterem de conductu litem movent, solennis pompæ ordo ad portas jam accesserat, illi præire, & ducere

*Lis de conductu.*